NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE

62 Nº 4 1935

S. Congrégation des Sacrements

Joseph CREUSEN

p. 401 - 409

https://www.nrt.be/it/articoli/s-congregation-des-sacrements-3502

Tous droits réservés. © Nouvelle revue théologique 2026

Administration du sacrement de Confirmation par un simple prêtre (Instr. 20 mai 1934. — *A. A. S.*, XXVII, 1935, p. 11 ss.).

Des trois parties de l'Instruction nous reproduisons intégralement la première; sur les deux autres, le commentaire fournira les indications nécessaires.

I

Novae Instructionis necessitas post promulgatum Codicem I. C. et post quasdam editas resolutiones quoad Confirmationis Ministrum et confirmandorum aetatem.

1. Sacramenti Confirmationis disciplina, notabiliter iam per Codicem iuris canonici innovata (can. 780-800), post ipsum Codicem promulgatum, luculentius est nonnullis locis explanata, quibusdam proditis resolutionibus ad dubia interdum delata Pontificiae Commissioni ad Codicis canones authentice interpretandos, aut quaestionibus propositis Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum, prout cuiusque Coetus postulabat ambitus et competentia. Cum igitur expediens foret integram ad rem prae oculis perspectam atque enucleatam habere disciplinam huiusce Sacramenti moderatricem, praesertim cum ipsum confertur per simplicem Sacerdotem, ex Sedis Apostolicae deputatione, opportunum visum est novam conficere atque edere Instructionem, quatenus fieri contingat, absolutam, quae nempe omnia scitu et factu necessaria complectatur, tum quod ad ministrum, tum quod ad subiectum, tum etiam quod ad ipsum ritum attinet, ut hoc Sacramentum quo, tamquam baptismi complemento, Spiritus Sancti plenitudo (1) confertur, graviter, rite ac religiose, prout ipsius sanctitatem decet, administretur.

Duplex hucusque, postremis nostris hisce temporibus, praefatae necessitati prospiciebat Instructio, quarum altera, iussu edita Supremae S. C. Romanae et Universalis Inquisitionis anno 1888,

(1) S. THOMAS, *Sum. th.*, p. III, quaest. 72, art. 2.

inde a promulgato Codice I. C. magna ex parte obsolevit; altera vero, quamvis recentior, in appendice relata Ritualis Romani, auctoritate Ssmi D. N. Pii Papae XI ad normam Codicis I. C. accommodati (1), additamentis opportunis, processu temporis invectis, equidem et ipsa indigere comperta est.

De nova igitur hac Instructione conficienda ac vulganda, seu de quibusdam addendis vel demendis duabus memoratis Instructionibus et in unicam conflandis, mature disceptatum est in Plenario Coetu EE. PP. huius Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum habito die 21 Decembris 1928 in Palatio Apostolico Vaticano, praehabito unanimi voto EE. Patrum Inquisitorum Supremae S. C. S. Officii tum super necessitate eiusdem instructionis noviter edendae, tum super competentia in huiusmodi expediendo negotio ad hanc S. Congregationem de Sacramentis spectante : immutationes vero inducendae ab iisdem EE. Patribus statutae, ministrum Sacramenti et subiectorum aetatem respicientes, quasque Ssmus ratas habuit ac confirmavit die 31 Decembris 1928, in praesenti Instructione singillatim digestae perhibentur.

2. Quod ad ministrum prae primis attinet Sacramenti Confirmationis, dogmaticam definitionem Concilii Tridentini (2) mutuatus Codex I. C., canone 782 ordinarium huius Sacramenti ministrum solum Episcopum edicit, extraordinarium vero ministrum presbyterum, cui vel iure communi vel peculiari Sedis Apostolicae indulto facultas huiusmodi concessa sit. Ob eorum praecellentiam hac facultate ipso iure reapse fruuntur, praeter S. R. E. Cardinales (can. 239 § 1 n. 23), Abbas vel Praelatus *nullius*, Vicarius et Praefectus Apostolicus, licet charactere episcopali carentes, qui tamen ea valide uti nequeunt, nisi intra fines sui territorii et durante munere tantum (can. 782 §§ 1, 2, 3), dummodo episcopali dignitate etiam insigniti non sint.

At praeter memoratos Praelatos, iure communi tali privilegio fruentes, non semel accidit ut in aliquibus omnino extraordinariis locorum et temporum adiunctis quarumdam regionum Americae Latinae, in quibus ordinarii seu nativi ministri, nempe Episcopi, copia forte non suppetit, gravi ideo et urgente exstante causa, Sancta Sedes quodammodo compellatur etiam ad simplicem

(1) Editio typica, a. MDCCCCXXV.
(2) Sess. VII, *de confirmatione*, can. 3.

Sacerdotem deputandum, tamquam Sacramenti confirmationis extraordinarium ministrum, ut illud scilicet ex apostolico indulto christifidelibus conferat. Hisce tamen casibus, admodum singularibus, semper fuit Ecclesiae mens et sedula cura, ut hic veluti suffectus ordinario confirmationis administer, quatenus fieri posset, in aliqua esset ecclesiastica dignitate constitutus, atque in propriae territorio dioecesis, ita ut v. g., usu Pontificalium frueretur ceterisque honorificis gauderet privilegiis atque insignibus, quae competere solent Protonotariis Apostolicis (1). Huius praescriptionis ratio est materna Ecclesiae sollicitudo, qua iugiter cavet ne quid detrimenti capiat reverentia Sacramento debita et offensionis pia christianae plebis exspectatio Episcopi persona orbatae, atque ut confirmationis administratio, quatenus sinit substituti ministri persona, conspicuo splendore ac praeclara sollemnitate fiat.

Re autem vera huic Sanctae Sedis agendi rationi consonat facultas, quae sub n. 3 recensetur in Litteris Apostolicis Pii Papae XI, diei XXX Aprilis an. MDCCCCXXIX, quibus Ordinariis, Sacerdotibus et christifidelibus dioecesium ac ditionum Americae Latinae privilegia ac facultates ad decennium conceduntur (2), et quae hisce exprimitur verbis :

«... Ordinarii locorum deputare possunt ad Sacramentum Confirmationis administrandum Sacerdotes, quantum fieri potest, in aliqua dignitate ecclesiastica constitutos, vel munere Vicarii Foranei fungentes; nunquam vero simplices Sacerdotes, commorantes illis in locis, in quibus praedictum Sacramentum administrandum erit : servata nova S. Congregationis de disciplina Sacramentorum *Instructione* pro simplici sacerdote ex Sedis Apostolicae delegatione Sacramentum Confirmationis administrante ».

Huc etiam redit praxis ab hac S. Congregatione servata in Apostolicis indultis concedendis Sacerdotibus simplicibus, ut Confirmationem conferre valeant quibusdam in casibus reapse singularibus : semper enim eadem S. Congregatio cavit, prout adiuncta ipsa sinebant, ut hi vel Protonotarii Apostolici dignitate praefulgerent, vel ut ad huiusmodi munus dignius explendum tales renuntiarentur.

(1) Pius X, motu propr. *Inter multiplices*, 21 febr. 1905; Pius XI, const. *Ad incrementum*, 15 aug. 1934.

(2) *Acta Ap. Sedis*, a. XXI, p. 554.

Suae tuendae praxi tum quoad extraordinarii ministri requisitam dignitatem, tum quoad memorata loca Americae Meridionalis (Latinae), quibus veluti privative indulta Apostolica ad rem largiebatur, omnem ad haec usque tempora adhibuit curam S. Congregatio de Sacramentis. Attamen aliquot abhinc annis pluries RR. locorum Ordinarii requisierunt an praefatae praxi derogare opportunum censeret, etiam ad Europae regiones nonnullas idem extendendo privilegium Americae Meridionali concessum sub similibus adiunctis; et haec eadem S. Congregatio in una *Namurcen. et aliarum* diei 25 Ianuarii 1924, sequens proposuit Plenario EE. PP. Conventui dubium diluendum : « An praxis deputandi sacerdotes episcopali charactere carentes ad Sacramentum Confirmationis administrandum, etiam in posterum servanda sit intra limites hactenus praefinitos, vel potius, instantibus gravibus et urgentibus causis, extendenda sit ad alias regiones etiam in Europa in casibus particularibus », et responsio prodiit : « *affirmative* ad I partem, *negative* ad II et ad mentem ». Mens vero EE. PP. fuit « quod nihil esset immutandum in disciplina Ecclesiae, quam hactenus servavit et vetuit immutari H. S. C., factis tantummodo nonnullis exceptionibus pro aliquibus regionibus in America Meridionali, ubi servari non potest ius commune ob extraordinaria rerum et personarum adiuncta. Equidem simplex sacerdos est minister extraordinarius Sacramenti Confirmationis per deputationem Sedis Apostolicae. Quodsi ex aliis regionibus exhibeantur huiusmodi petitiones, S. Congregatio suadeat Episcopis oratoribus ut recurrant ad S. Sedem pro obtinendo Episcopo Auxiliari seu Coadiutore, vel opem petant, pro huiusmodi Sacramento administrando, *ab Episcopis finitimarum dioecesium* ». *Quod quidem* responsum a Ssmo in Audientia diei 26 Ian. 1924 fuit confirmatum.

3. Duplex altera quaestio post Codicis promulgationem proposita, respiciebat mensuram aetatis confirmandorum, atque utraque fuit nuper per competentia S. Sedis organa resoluta.

Haec enim praecipit canon 788 in subiecta materia : « Licet Sacramenti Confirmationis administratio convenienter in Ecclesia Latina differatur ad septimum circiter aetatis annum, nihilominus etiam antea conferri potest, si infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire, ob iustas et graves causas, videatur ». Hinc quaesitum fuit a Pont. Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos utrum relatus canon constituat

tantum normam directivam, an potius vere praeceptivam : et EE. PP. eiusdem Pontif. Commissionis in Plenario Coetu diei 7 Iunii 1931, proposito dubio : « An canon 788 ita intelligendus sit ut Sacramentum Confirmationis in Ecclesia Latina ante septimum circiter aetatis annum conferri non possit nisi in casibus, de quibus in eodem canone », responderi mandarunt : *Affirmative.*

Quoniam vero in Hispania et alicubi, praesertim in America Meridionali, viget consuetudo administrandi Sacramentum Confirmationis pueris ante usum rationis, etiam immediate post collatum baptismum, a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum, edita supradicta responsione, quaesitum fuit an talis consuetudo adhuc servari possit.

In Plenario itaque Coetu Emorum Patrum huius Sacrae Congregationis, habito die 27 Februarii 1932, re mature discussa, proposito sequenti dubio : « An consuetudo antiquissima in Hispania et alicubi vigens ministrandi Sacramentum Confirmationis infantibus ante usum rationis servari possit, Emi Patres responderunt : *Affirmative et ad mentem* ». « Mens est ut, ubi Sacramenti Confirmationis administratio differri potest ad septimum circiter aetatis annum, quin obstent graves et iustae causae ad normam can. 788, contrariam consuetudinem inducentes, fideles sedulo edocendi sunt de lege communi Ecclesiae Latinae, praemissa Sacrae Confirmationis administrationi illa catechesis instructione, quae tantum iuvat ad animos puerorum excolendos et in doctrina catholica solidandos, prout experientia docet ».

In Audientia diei 2 Martii eiusdem anni, referente Secretario eiusdem S. C., Ssmus Dnus Noster Pius Papa XI responsionem ratam habere et confirmare dignatus est.

Ne autem ex hac resolutione aliquis error irrepat aut non recta intelligentia de sacrorum canonum intentione et praecepto circa aetatem admittendorum ad primam Communionem Eucharisticam, declaravit eadem S. Congregatio, equidem opportunum esse et conformius naturae et effectibus Sacramenti Confirmationis, pueros ad sacram mensam prima vice non accedere nisi post receptum Confirmationis Sacramentum, quod est velut complementum baptismatis, et in quo datur plenitudo Spiritus Sancti (S. Thomas, p. III, quaest. 72, art. 2); non tamen iidem censendi sunt prohiberi quominus ad eandem mensam prius admittantur, si ad annos

discretionis pervenerint, quamvis Confirmationis Sacramentum antea accipere non potuerunt (1).

Si agitur proinde de puero, qui gravi morbo laboret, adeo ut constitutus dicatur in mortis periculo, non solum prohibitum non est illi ante septennium Sacrum Chrisma administrare, sed expedit, ut id fiat, unde ex hac vita demigrans maiorem gloriam, iuxta S. Thomae doctrinam (p. III, quaest. 73, art. 8 ad 4), in caelis consequatur. Aliae insuper iuxta probatam plurium Theologorum sententiam (2) esse possunt legitimae causae, praeter consuetudinem iam memoratam, antevertendi septennium in collatione huius Sacramenti, et praesertim cum praevidetur futura diutina absentia Episcopi vel Presbyteri, cui facta sit facultas illud administrandi, vel alia urget necessitas seu iusta et gravis causa.

Depuis le Code, le Saint-Siège a déjà eu plusieurs fois l'occasion d'expliquer certains canons relatifs à la discipline du sacrement de Confirmation. On constate depuis un certain nombre d'années dans l'Église une tendance à procurer plus tôt et à plus de fidèles la grâce de ce sacrement.

Ainsi des Ordinaires eussent voulu voir étendre à beaucoup de diocèses la faveur dont jouissent les Ordinaires de l'Amérique méridionale, à savoir de pouvoir déléguer de simples prêtres pour administrer la Confirmation. Le Saint-Siège n'a pas cédé à ces instances (Rép. du 26 janvier 1924). D'aucuns auraient aussi voulu revenir à la coutume, depuis longtemps abolie dans l'Église latine, de confirmer les enfants avant l'âge de raison. C'est ce que semble insinuer la question posée à la Commission d'interprétation et résolue par elle le 16 juin 1931 (3). Sur ce point encore le Saint-Siège maintient la discipline séculaire de l'Église. Il ne condamne d'ailleurs pas la coutume d'administrer plus tôt le sacrement de confirmation, là où elle est déjà établie (4). On rappelle du reste qu'il y a des exceptions et que pour « de justes et graves raisons », on peut conférer ce sacrement à un enfant qui n'a pas atteint l'âge de raison.

(1) Resolutio S. C. de disciplina Sacramentorum diei 30 Iunii 1932 relata in *Acta Ap. Sedis*, XXIV, p. 271 seq.

(2) Benedictus XIV, in lib. 7, cap. X, n. 5, 6 et 7 *de Synodo dioecesana.*

(3) *N. R. Th.*, 1931, p. 825.

(4) Cfr *S. C. de Sacr.* Rép. 27 févr. 1932. — *A. A. S.*, XXIV, 1932, p. 271. — *N. R. Th.*, 1933, p. 675 et 727.

N. S. P. le Pape a confié à la S. Cong. des Sacrements le soin de rédiger une nouvelle Instruction qui groupât ces réponses, formulât clairement la discipline actuelle de l'Église et fournît aux simples prêtres, délégués pour l'administration du sacrement de Confirmation, des directives nettes dans l'accomplissement de ce devoir.

On n'y trouvera à peu près rien d'absolument neuf, et l'on s'étonne un peu de l'émoi qu'avait causé dans certains esprits l'annonce de sa promulgation. Elle pourrait toutefois fournir l'occasion opportune de rappeler aux fidèles que, dans la pensée et la discipline de l'Église latine, la Confirmation devrait être administrée aux enfants, dès qu'ils ont atteint l'âge de raison et possèdent des notions suffisantes pour recevoir dignement le sacrement (1). Il suffira pour cela de l'initiative des Évêques; car l'Instruction ne fait pas directement allusion à des coutumes abusives qu'il faudrait corriger.

L'Instruction est divisée en trois parties. La première rappelle les interventions du Saint-Siège en cette matière depuis la promulgation du Code et en met ainsi en lumière toute la signification : 1°) quant au cas du simple prêtre, ministre du sacrement; 2°) quant à l'âge du confirmand. La troisième reproduit littéralement les rites et cérémonies du nouveau Rituel pour l'administration de la Confirmation par un simple prêtre (*Appendix ad Rit. Rom.* — De Confirmatione). Quant à la seconde partie, comme le montrera un examen attentif, elle ne diffère que par des détails de l'Instruction donnée par le Rituel à cette occasion. Ainsi au n. 3, le nouveau texte dit que le Saint Chrême doit avoir été *consacré;* l'ancien emploie le mot : *benedictum.* Alors que le Rituel reproduit textuellement le c. 788 sur l'âge des confirmands, l'Instruction renvoie à ses explications du début. Mais au n. 7, l'Instruction commente brièvement les mots *sufficienter instructus* du can. 786 : « *scilicet, pro suo captu, de natura, dignitate, effectibus ac dispositionibus ad digne Sacramentum huiusmodi recipiendum* ». On sera évidemment frappé de l'analogie entre ces dispositions et celles que requiert la réception fructueuse du sacrement d'Eucharistie par les enfants. Les commentaires abondants écrits

(1) La Brochure du R. P. Patissier, s. I. sur ce sujet (Paris, Retaux, 1900) reste encore instructive et opportune aujourd'hui.

sur ces dispositions des premiers communiants peuvent servir à interpréter ces paroles de la S. Congr. des Sacrements. Il faut souhaiter que les pasteurs d'âmes les appliquent avec le zèle qu'ils ont mis à promouvoir la communion précoce des enfants.

Ce même n. 7 exprime le désir que les confirmands reçoivent à jeûn le sacrement, d'après un usage déjà ancien dans l'Église.

Enfin cinq lignes de cette seconde partie sont entièrement nouvelles. Elles rappellent que la dignité du sacrement exige de la part des enfants, des parrains et marraines, la propreté des vêtements et, surtout des jeunes filles et des femmes, une parfaite modestie.

J. CREUSEN, S. I.